

non sit una natura Creatoris & creaturæ. Quapropter Christus (filius hominis) propriè filius est Patris, quia ille & Pater in natura divina unum profectò sunt, eiusdem substantiæ & essentia.

24 Secùs accipiendum, dum dicitur filius Patris de homine: siquidem est explicetur substantia, non est numerica. Homer. 4. Odyss. v. 387. *Meum patrem esse, meque genuisse.* Sophocl. in *Aiac.* à v. 1164. *O fili! Accede huc: tange patrem, qui me genuit.* Plaut. in *Rudens.* Act. 4. scen. 4. v. 129. *Ego is sum, qui te genui, pater.* Iovian. Pontan. 2. *Oran.* v. 807. *Expeditam tibi nate, nate patris.* Marc. Senec. *Controuers.* 9. inquit: *Quare patrem non reliquam, qui me genuit?* Per epitaliam enim exprimitur quod expressione supponitur ob amplificationem dilectionis, vel ut mulcetur filius in imitationem virtutis: haud ratione entitatis, quippequam si filius, profectò patris sui. Dum dicit Salomon: *filius sui patris mei, dilectus.* Chald. *Ego patris obediens.* Tenellus & unigenitus coram matre mea.) applicant: ita ut sensus sit: *Ego filius sui patris mei tenellus, & unigenitus coram matre mea.* Deviant ergo à veritate (de quo videlicet Maluend.) absolute dicit Salomon: *Ego filius sui patris mei.* Nil aliud hic intelligi nisi eius similitudinem cum patre secundum habitudinem corporis, vel animi virtutis. Corporis, ut illud Iudic. 8. 18. *Quales fuerunt viri, quos occidisti? Qui responderunt: Similes tui. Quibus ille: Fratres mei fuerunt filij matris mea.* Vigilanter in expressione similitudinis, Hebr. *Secundum te, secundum eos.* Idem Cantic. 5. 9. *Qualis est dilectus tuus.* Senec. in *Troia.* à v. 460.

O nate, magni certa proles patris, Nimitumque patri similis! Hos vultus meus habebat Hector, Talis incessu fuit, habitusque talis. Sic tulit fortes manu, sic celsus humeris, Fronte sic torva minax, &c. O nate!

Emulatus est Virgilium 3. *Aeneid.* v. 490. cum hic decerpisset ex Homer. 4. *Odyss.* v. 148. ubi ipsa Andromacha, viso Aescanio, inquit: *O mihi sola mei super Aegyptiacis imago! Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.*

Thetis ut filius simularetur habitu, gestuque virginis, ita imponit Achillem apud statium, lib. 1. v. 338.

— Iterumque monet, rursumque fatigat Blanda Thetis: sic ergo gradus, sic ora manusque Nate feres, comitesque modis imitare scilicet.

Etiam morum imitatione. Matth. 5. 45. *Ut sitis filij Patris vestri, qui in caelis est.* Epiphanius. *Similes estote patri vestro.* Alapid. *Ut sitis reipsa filij Dei per imitationem.* Hinc illud. *Audi patrem tuum, qui genuit te;* ut per morum imitationem, conflet genitum à tali patre. Virgil. d. lib. 2. v. 560. *Genitoris imago.* Homer. d. v. 141. *Ulyssi filius similis.* Ovid. 2. *Metam.* tab. 1. & 1. de *Art.* v. 190.

— Nec tu meus esse negari Dignus es. In cunis iam love dignus erat. Senec. in *Thyest.* v. 40. & in *Agamem.* v. 34. *Natum parens, natusque patrem. Me patrem dignum.*

Filij exprimunt conditionem radicis: in illis enim quasi libris vitalibus scribuntur *Fortia facta patrum, seris longissima rerum Per tot ducta viros, antiquæ ab origine gentis.*

Succinît Virgil. d. lib. 1. v. 645. Hac de causa à Ioanne dicuntur Iudæi: *Genimina operarum.* Luc. 3. 7. quia venenati filij de venenatis parentibus nati sunt. Sic qui degener, dicitur *Semen mendax, filij scelerati.* Iai. 57. 4. quia rami inutiles, estis radix sancta: sicut qui virtutem emulatur *Semen verum.* Ierem. 2. 21. Elucet quo sensu dicatur: *Ego filius sui patris mei,* sequens ad unguem eius monita, imbutus familiaritatis disciplina; quo intuitu addit: *Et docebat me.* Haud alienus à profanis huiusmodi

Proverb. sup.

Filius patris dicitur similitudine vultus cum patre.

Senec.

Virgil.

Stat.

Etiam morum imitatione. Matth. 5. 45. Prov. 23. 21.

Senec.

Virgil.

di stylus & sensus. Sophocl. in *Trachin.* v. 1085. inquit: *O fili, sis mihi filius verus natus.* Virgil. ubi dudum, v. 668. *Nate, mea vires: nate patris.*

26 Magis addidit litteræ usuique idiomatis orientalis, sacreque Scripturæ dicemus, si acceptio filij consideretur late patere, nomenque patris extendi ad prædecessores. Unde cum dicit Salomon: *Ego filius sui patris mei,* intelligendum est propriè id est, immediate genitus. Dicitur filius qui ab eadem stirpe progenit, uti omnes dicimur filij Adam, Christusque hæc de causa dicitur filius David: haud quia præfati immediate genuerunt, sed quia per quos immediate filij. Psalm. 77. 6. & Virgil. 3. *Aeneid.* v. 98.

Et nati natorum & qui nascuntur ex illis.

Sicine intelligitur: *Ioram genuit Oziam;* qui non filius, sed abnepos: longiusque Luc. 1. 5. *Elisabeth de filiabus Aaron.* His alique solvuntur antilogie. Numer. 26. 59. *Iochabed, mater Moysis, uxor Amram (Levi nepos) dicitur filia Levi.* Amram habuit uxorem *Iochabed, filiam Levi:* quasi Amrami amita fuisset uxor, eius quod quidem multos fecellit, ut iure notat Perer. in *Exod.* 2. dispart. 1. à n. 4. igitur non fuit amita, sed patruelis Amram, uti dicitur *Exod.* 6. 20. *Accepit autem Amram uxorem Iochabed patrualem suam.* Sumpta fuit præpostera cogitatio, ex eo quod Iochabed, quia dicitur filia Levi, iudicatur immediate filia; quod falsum est: alioquin, cum uterque mediatè filij Levi, poterant dici fratres, moreque gentis ita cognati vocabantur, uti videbimus, num. 45. & 46. Similiter Athalia dicitur filia Achab, 2. *Paralip.* 21. 6. quæ filia Amri: cap. 22. 2. & 4. *Reg.* 8. 26. & licet Hieronym. in *Tradition.* filiationem attribuat imitationi morum, licet cap. 24. 7. dicitur: *Athalia impiissima & filij eius* (cum nullam habuerit præter Ochoziam) *destruxerunt domum Dei* (subintelligendo per tò filij eius, sacerdotes Baal, qui filij non nativitate, sed imitatione) iuxta exposita, dicendum Athalam filiam fuisse Achab, filij Amri, quia illius erat nepos, genita ab illo quem genuit Amri, iuxta morem vocandi patres omnes progenitores. Haud secus Ieba dicitur filius Namfi, cap. 22. 7. cum fuerit filius *Iosaphat, filij Namfi.* 4. *Reg.* 9. 2. Vid. Sanctum hic. Clarius elucet, dum Sara dicitur soror Abraham, filij Thare: haud quia Thare pater Saræ, sed quia pater Aram, qui Saræ pater. Ita Haye & Leonard. Marius, sequentes Iosephum, 1. *Antiq.* cap. 8. Vid. numer. 46.

27 Denique filius dicitur patris, ut discernatur à genero, filia & sororis maritus: qui filius dicitur, & tamen non est à patre. Patet, 1. *Reg.* 24. 17. ubi David à socio vocatur filius: *Fili mi David.* Altruit Petavius & probat 2. p. *Rationar. tempor.* lib. 3. cap. 5. concilians illud Ieremix 27. 7. *Servient ei (Nabuchodonosor) & filio eius & filio filij eius:* quod quidem nequit esse nisi in præfata acceptance; quippe Evilmerodac non habuit filium successorum in regno, sed Neriglissarum, sororis maritum, à quo Evilmerodac confossus. Unde subdit: *Filij nomen per genero sumi potest.* De hac acceptance late egi, *Tom. præcedent.* T. 2. à num. 11. uti necessarium ad conciliationem Matthæi & Lucæ in genealogia Mariæ & Ioseph, quod curiose videris.

28 Metaphoricè patres dicuntur magistri & pædagogi, filijque qui amplectuntur instituta disciplinæ. Per *Evangelium ego vos genui:* dixit Corinthijs Doctor Gentium, *Epist.* 1. cap. 4. 15. Altruit Pagnin. *Isagog.* lib. 3. cap. 24. *Natura tu illi pater es, consilij ego.* Terent. *Adelph.* Act. 1. scen. 2. v. 46. Theocrit. *Elyl.* 13. v. 8. *Ipsam omnia docuit pater, tamquam charum filium.* Propert. lib. 4. *Eleg.* 12. v. 67. *Filia tu specimen censure nata paterna.* Thyestes apud Senec. in *Agamem.* v. 31. *Capi nefas, ut per omnes liberos inem parens.* Filius enim quilibet dicitur, cuius mores imitatur. Zachæus dicitur filius *Abraha,* Luc. 19. 9. Homo interior formatus vel reformatus moribus sanctis ac fide, virtutumque perfectione, filius est Abraham; sicut qui deviat ab instituto filius est alienus; quia caro non prodest quicquam. *Non enim omnes qui ex Israël, ij sunt Israëlita: neque qui semen sunt Abraha, omnes filij:* Rom. 9. 7. Unde Christus: *Si filij Abrahae estis, opera Abrahae facite.* Ioann. 8. 39. Patriarchæ, quorum filij claudicaverunt in semitis suis, *filios alienos genuerunt:* Osee 5. 7. *Filij Heli, filij Belial.* 1. *Reg.* 2. 12. & Iudæi ex patre diabolo erant, quia opera diabolica perpetrabant: per ea enim non filij Abraham, sed ex genibus improbitissimi videbantur prognati. Iccirco per Ezechielem Dominus: *Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* Non per sanguinem, sed per mores contracta cognatio; ut exponit Rab. David. *Asimilari moribus* (inquit) *Chanaanitis, ac*

Pro immodice genito

Virgil. Matth. 1. 8

Numer. 26 19.

2 Paralip. 21. 6.

Gener dicitur filius. Ierem. 27. 7.

Pater pro pædago & magistro

Eius filius quilibet dicitur, cuius mores imitatur.

Ezech. 16. 3.

fi

Daniel. 13. *si ab illis originem daceres: amularis Amorrhæum & Cethæum, ac si tui essent parentes.*
 56. Daniel ad iudicem ptavum in causa innocens Sulfana: Semen Chanaan & non Iuda.
 Hoc enim stylo exprabrata pravitas Israëlitarum, ut paret Oseë 12. 7. ubi de Princi-
 pibus Ephraim dicit: *Chanaan, in manu eius statera dolosa: calumniam dilexit.* Ad rem
 Ofce, 12. 7. Euripid. de Helena, in Troadib. à v. 761.

O Tyndarea planta! Numquam eras Iovis filia:
 Dico enim te natam esse ex multis patribus:
 Primum quidem ex malo genio: deinde ex livore,
 Ex cade & morte, & alijs quacumque tellus alit mala.
 Non ausim dicere te Iovem produxisse,
 Pestem multis barbaris & Græcis.

Haud origo nisi corporis à carne: origo rationalis à recta moribus institutione: sicut
 hominum genus homines, ita animarum genus virtutes sunt. Time Deum, serva man-
 data: hoc est omnis homo: alius non homo, sed dumtaxat filius hominis.

29. Non idem sensus eiusdem phrasis in sacra pagina, si in plurali numero expressa;
 quippe magnum discrimen in significatione Filius hominis, & Filij hominum, ut ex di-
 ctis & dicendis constabit. Inter Expositores, ni singuli dicant quid novi, videtur nihil
 dixisse: placita referam, deindeque dicam, quid iuxta Scripturam placeat. Filij ho-
 minum pro plebeijs. Delt. in Adag. 890. & Isaac. Celebres, insignes, summi, virtutis
 & dignitatis commendati, magnates & patritij: ait Maluend. in Psalm. 48. 3. hic &
 etiam Psalm. 61. 10. eam significationem amplectitur Genebrard. Filij hominum, cla-
 rissimi: filij potentum: sicut econtra Psalm. 71. v. 13. Filios pauperum. Augustin. 15.
 Civ. cap. 22. filios hominum intelligit per naturalem constitutionem: Theodoretus in
 Psalm. 48. etiam designat humanitatem: quos sequitur Rhodigin. lib. 20. cap. 20. Sopho-
 cl. in Aiac. v. 754. Qui hominis naturâ natus. Ergo filij hominum homines, quia car-
 nales; sicut econtra filij Dei, qui spiritalia secuti. Brevius: filij hominum filij Cain,
 filij Dei qui filij Seth. Genebr. Chronolog. ann. 1056. Ar. Montan. Appar. B. R. in
 Joseph: per filios hominum intelligit filios Adam: idest mortales; quo signo interdum
 notantur homines. Iacob. 5. 17. Elias homo erat, similis nobis passibilis. Homo, idest,
 mortalis. Ag. 14. 14. Et nos mortales sumus similes vobis homines: de quo egimus,
 Tom. 1. T. 5. n. 17. Theocrit. Edyl. 1. v. 43. Nos mortales sumus. Sophocl. in An-
 tigon. v. 833. Nos mortales & mortalibus genita. Contra Dij dicuntur Immortales,
 ob differentiam hominis & Numinis: de quo Valer. Maxim. lib. 2. cap. 6. n. 7. Quid
 attinet (inquit) aut humano dolori indulgeri, aut divino Numini invidiam fieri
 quod immortalitatem suam nobiscum partiri noluerit? Sortem cognovit Anacreon Car-
 min. 23. & 24.

Maluend. *Quid sit filij hominum*
 Genebr. *Quid filij Dei*

Valer. Max. *Quid conquerat? Quid autem Lamenta vana fundam: Si namque certa morti Me fata destinaverunt. Mortalis editus sum, Vita ad viam terendam.*

Anacr. *30. Alij filij hominum sumunt pro imbecillitate conditionis, & instabilitatis, præut nati mulieris (de quo principalis Tautologia) seu pro phantastica vanitate, & futili ad potentiam ostentatione: unde David, Psalm. 145. 3. Nolite considerare in principibus: in filijs hominum in quibus non est salus. Nervosè Maluend. in tò Vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris; Psalm. præfat. Tantummodo vanitas sunt nati plebeo homine: mendaces sunt nati præstanti viro. Lancibus illi simul impositi, ascensuri essent supra vanitatem. Plaut. in Pænul. Act. 3. Scen. 6. v. 16.*

Ita sunt isti nostri divites.
 Si quid benefacias, levior plumâ est gratia:
 Si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.

Plaut. *Quod enim tam infidum mare (inquit Plin. Panegyrr. Traian.) quam blanditiæ Principum illorum, quibus tanta levitas, tanta fraus; ut facilis esset iratos, quam propitios habere: Non sunt Numina, ut extollebant Ethnici, è quibus didicerunt vel imbuti fide, uti dicitur, Actor. 12. 22. quapropter vel in gratis illorum lætè invidiosè fraus; ut sciant gentes quoniam homines sunt. Præsens fortuna mutatio exemplum ante oculos*

Plin. *po-*

ponit (inquit Plutarch. in Paul. Emil.) communis imbecillitatis humana, & nihil dabile nec firmum esse docet. Quos enim tempus confidendi hominibus esse potest, cum etiam eo tempore quo floret aominatio, fortuna maximè formidanda, qua lætis rebus immiscet calamitatem? Propterea dixit: Humanarum rerum nunquam sibi pertinuisse, sed divinarum. Hinc Ribera in Sophon. 1. num. 65. intelligit Hebræisum pro superlativo ad quod dialectus applicatur, quod in alia materia obvium in sacra pagina. Viri divotiarum. Psalm. 75. 6. Idest, ditissimi. Viri sanguinum & dolosi 54. 22. & 138. 19. Virum dolorum. Isai. 53. 3. Haud secus accipiendam in prizeritiano arbitratore Filij hominum. Vani filij hominum: putâ, vanissimi. Mendaces filij hominum: nempe fallacissimi. Filij hominum gravi corâe: scilicet, valde indomiti & propensi in futilia. Filij insipientes, Ierem. 4. 22. mirum, stultissimi. Sic alia. Ierem. in Adelp. Act. 2. Scen. 2. v. 10. Hominum homo stultissimus.

31. Hæc testimonijs ornavi, & solummodò novissima expositio literalis est, sed non genuina, quamvis ingeniosa. Vox Filius in Script. sicut anima, ut Anima, nomen, vir, via, de quo egimus, Tom. 5. T. 3. n. 59. significat id cui iungitur non pro superlativo, sed pro substantivo, positivove, ut anima pro cuius est anima. Quare filij hominum, idem est, ac homines. Filij vestri, Luc. 11. 19. idest, Vos. Filij vnius Jaculi, ibid. 16. 8. hoc est, secularis. Filij pauperum, Psalm. 71. 13. scilicet, pauperes. Filij peccati, 2. Thesal. 2. 3. peccatorum. Consule Doctil. Sanctium, in Ierem. 2. n. 92. Idem stylus inter Græcos. Ulquequaque apud Homer. invenitur Filij Avtoorum, pro Achivis. 1. Iliad. v. 161. 2. v. 724. v. 239. 12. v. 56. Quint. Calaber iterat, lib. 4. Paralip. v. 80. & 7. v. 147. Euripides in Orest. v. 743. Filij Argivorum: & in Hecub. v. 930. Filij Græcorum. Non nobis clam, quod intelligentes rationis usu dicantur homines. Iccirco pro Cogitationes hominum (Psalm. 93. 11.) legit Paulus, 1. Cor. 3. 20. Cogitationes sapientum. Qui homines rationis nec habent specimen: aut usum; nec homines, sed bipedes. Sophocl. in Aiac. v. 754. Hominis natura natus, non secundum hominem sapit. Martial. 3. Epigr. 24. Agresti, rudique viro. Sic nature vulnere non homo, qui filius hominis. Quid per animæ vulnera, continuata flagitia? Veluti in solitudine errarem (ait Barclaus in Euphorm.) in quot incurvabam homines, in tot simulacra incidisse fingebam. Sophocl. d. Nil aliud esse, præter simulacra. Apuleius, 10. Metam. vocat iudices illeget, & rabulas, Forensia pecora, qua de causa Cynicus meridie accensa lucerna Athenis quærebat hominem. Lætr. lib. 6. de Vit. Philosophor. Ierem. 4. 25. dicitur: Intuitus sum, & non erat homo. Causam signat Stoic. Epist. 124. Hominis bonum non est in homine, nisi cum in illo ratio perfecta est. Expresit Stippo, apud Lætr. d. lib. 2. Fertur Athenis (inquit) hominum ita in se studia vertisse, ut ex officinis ad eum confluerent visendum: ubi cum quidam diceret: Admirantur te Stippo, veluti belluam: minime, inquit, sed velut hominem verum. Ratio hominem format: quare Isai. 45. 10. de prævaricatore dicitur: Va qui dicit patri, quid generas? & mulieri, quid parturis? Filij insipientes sunt & recordis. Ierem. 4. 22. Statua non manufacta, ut ait Hugo Eterian. cap. 2. de Regress. animar. Peccator enim dumtaxat in imagine pertransit, ut homo pictus, cuius etiam imago ad nihilum redigetur, morâ factâ, quouque fodiatur peccatori foveâ. Non enim reformatur ad imaginem legis, sed remanet in similitudine vanitatis, ut dicit Philo, libell. de Abrab. Homo inuitus non est homo, uti videbimus in Didascal. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Consideremus (ait Ambros. in Luc. lib. 9.) qui fuerint illi, qui errore detecti, de paradiso eieci, in caestellum sint religati: & vides quemadmodum mors expulerat, vita revocaverit. Quia in duobus hominibus uterque fuerat sexus expulsus, in duobus animalibus sexus uterque revocatur.

32. Econtra qui homines iuxta cor Dei, ut diximus, filij eius dicuntur. Huius causam esse (ait Delt. Ad ag. 126. Tom. 1.) quia mente renovati, mundo calcato, terrenis despectis, ad vitam transeuntes, in cælis iam conversantur. Hinc Isai. 63. 8. Populus meus filij non negantes: rectè viventes, filij Excelli omnes. De utriusque dicit Dominus, Ierem. 31. 27. Seminabo domum Israël & domum Iuda semine hominum & semine iumentorum: quo intelligitur illud Ecclesiastæ: Unus interitus est hominis & iumentorum, & aqua utriusque conditio. Nominè iumentis signatur homo insipiens: unde cap. 6. 8. subdit: Quid habet amplius sapiens à stulto: Haud aliud nisi uti ratione homini inditâ, & sine qua homines non homines, sed iumenta. Insipientes cultores eius?

Delt. *Unde filij hominum filij Dei, & iumenta?*
 Eccl. 3. 19

Platarcha
 Casus pauperum pro superlativo nominativus.
 Pro substantivo.
 Barcl.
 Seneca
 Diog.
 Lætr.
 Homo stipidus bipes non homo.
 In peccatore nec imago.
 Ambros.
 Delt.
 Eccl. 3. 19

Et relinquuntur homines pauci. Itai. 24. 6. Unde rationalis natura; prevalentem infantiam Inter homines homines pauci, quippe pauci usi ratione. Dicit Salomon: Cum surrexerint impij, abscondentur homines: cum illi perierint, multiplicabuntur iusti. Prov. 28. 28. Impij non homines, quoniam sepulta rationalitas, ubi dominatur iniquitas. Ibi homo, quod ratio. Hæc est generatio quærentium Dominum. Hæc sunt generationes Noë. Noë vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis: cum Deo ambulavit. Iustitia & iustitiæ perfectio est hominis generatio? Rarus & notus genealogia modus (Instit. hie Chrysofom.) Hom. 23.) nam Scriptura dixit: Iste sunt generationes. Noë homo iustus, perfectus in generatione sua. Vidisti admirabilem genealogiam: Noë homo. Commune nomen pro laude iusti usurpat: nam ceteri ob carnales voluptates, quibus immergi erant, amiserant esse homines: iste in tanto populo hominis imaginem servavit. Tunc enim homo est, quando virtutem colit. Neque enim speciem habere hominis, hominem esse ostendunt. Hominem illum dicimus, qui imaginem hominis salvam retinet. Quæ autem est imago hominis? Rationalem esse.

33 Reliquis tropologicis, ad reliqua accedamus contenta in littera. Nomen matris & filie in Sacra pagina accipitur metaphoricè & proprie. Propriè, ut illud: Mater tua, quæ genuit te. Quæ quidem circumlocutio frequens inter Hellenismos. Homer. 24. Iliad. v. 560. Mater quæ me peperit. Sophocl. in Electr. v. 261. Matris, quæ me genuit. Aristot. maximopere isthæc phrasîs Euripidi, quam videsis in Hecub. v. 414. in Orest. v. 28. & 1493. in Hippolyt. v. 421. in Ion. v. 414. in Hercul. v. 281. & 366. denique in Alcest. v. 16. & 515. Inter Latinos Senec. ad Helv. cap. 16. Tu matri meæ maledicas, quæ me peperit? Tautologia ergo non est præfata sententia, quippe etiam nutrices pueroꝝ dicebantur matres; uti diximus, Tom. 5. T. 4. fuit à n. 16. quarum discrimen signat Plaut. Prolog. in Menichm. v. 19.

Mater sua

Non intermisse possit, quæ mammam dabat, Neque adeo mater ipsa quæ illos pepererat.

Quo loco Taubmann. Mater sua: bona reciprocatio Sua, quia hic mater nutrix est. Mater quæ mammam dat, non quæ peperit. Euripid. in Ion. v. 1324. Mater, quamvis me non pepereris. Virgil. de Lupa Romuli, & Remi, 8. Aeneid. v. 632.

Ludere pendentes pueros, & lambere matrem Geminis huic ubera circum.

Ad distinctionem igitur harum matrum, dicitur in pleonasmò: Mater tua quæ genuit te. Alia acceptio Matris invenitur in Scriptura, quæ de causa additur, Quæ genuit, aut peperit, ut cognoscatur, quo titulo mater. Socrus in Biblijs facris mater dicitur. Numerus vocat Noëmi filias. Ruth, 1. 12. Sponsa Cantic. 3. 4. & 8. 5. inquit: Introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Adi Tom. 5. T. 2. n. 3. Mos etiam pariendi super genua alicuius femine, ut hæc illius fortis appellaretur mater, ut contigit Saræ, Genes. 16. 3. & Racheli, cap. 30. 3. Ita apud Ethnicos, qui vel quæ effusum è vulva matris levabat è terra pater dicebatur, aut mater. Diximus Tom. 6. T. 2. D. 5. n. 9. & ex professo, Tom. 8. T. 7. Videtur ergo plane quo intuita Matrî additur, quæ genuit aut peperit, quæ periodo exprimitur proprie mater: q. d. Mater, non quæ aluit, partum suscepit, aut à terra levavit; sed quæ concepit, & edidit in huius sæculi lucem.

34 Modò clarè exponitur illud David: Matrem filiorum letantem: igitur mater ut vidimus, dicitur quæ non filiorum suorum: ut pariat super genua mea & habeam ex illa filios. Genes. loc. cit. Vera hæc phrasè demonstratur mater. Ita Aul. Gell. lib. 12. cap. 1. dicit: Mulier, sine eam totam ac integram esse matrem filij sui. Quapropter dum dicitur Mater filij sui, constat proprie quo cognita mater. Discrimen Matronæ & Matrisfamilias alitit idem Auctor, lib. 18. cap. 6. ex eo quod hæc familiæ adscriberetur, & heret incestato viro hæres, uti filia (nos matrem-familias vocamus matrem filiorum) matrona, quæ in matrimonio, etiam si sibi liberi nondum nati sint; dicta à matris nomine, non adepto iam sed cum spe & omine mox adipiscendo: unde matrimonium contraçtum, ut femina mater fiat. Hermann. Hugo, lib. 2. Vol. 5. v. 25.

Dina peregrinas virgo visiva puellas.

Mater deposita virginitate redijt.

Hoc enim sensu coniugata sterilis, mater nomine, seu matrona, apud Sophocl. in Antigon. v. 901. inquit: Si filiorum mater essem. Matris honore nominatur in domo

femina copulata, licet mater non sit. Letaturque nomine matris: ut succinit Ovid. 4. Fastor. v. 513. Sicutillo in statu sine prole mæret. Paulin. Consul. Carm. de Ioann. Baptist. v. 39.

Sed quod in opprobrio matrum posuere priores, Prole carens sterilem dicebat mæsta Jeneciam.

Paulin.

Ubi ut vides, coniugata vocantur matres, vel prole carentes. Tristatur nupta sine prole, letatur mater filiorum fecunditate, quia per illos demonstrat esse matrem, & non dignitatis sed entitatis honoris habere nomen. Chald. Mater, quæ letatur in filiis. Menoch. Matrem filiorum causâ letantem Per sterilem nonnulli intelligunt virginem, sed in matrem, quæ letatur fecunditate filiorum. Qui dat sterili domos habitare mirabiles. Ar. Montan. Acumini favet Crucius, accinens;

Ille moventes sine prole matres Implet oratus sobolis: paternas Liberum felix nova mater unde

Crucius;

Insolit ades.

Liquet enim mater sine sobole, & nova mater natorum pignore, læta; quia in domo felix optatâ fecunditate. Ex Claudiano habemus, r. in Eutrop. v. 72.

Claudian;

Retinet connubia partu, Uxorisque decus matris reverentia pensat.

Alij legunt: Matrem pueroꝝ, quippe plus letatur mater prole virili. Peperit filium masculum. Apocalyp. 12. 5. Natus est tibi puer masculus. Irem. 20. 15. & 1. Reg. 4. 20. Ne timeas, quia filium peperisti. Nonnus 48. Dionys. à v. 822. utrumque necit, ut conlter posse pro utroque accipi.

Nond;

Virginem fecit matrem pueroꝝ. Virgo quis Te fecit parturientem matrem filiorum:

Amor intensior matrum in prolem masculam, ex eo quod filij mactizant: de quo videtis Levinum Lemn. 1. de Miracul. natur. cap. 4.

35 Metaphoricè etiam sumitur nomen Matris, & Filie, ab imitatione morum, & amulatione conditionis; uti superius diximus de Filio, & Patre, à n. 25. Quo genuine exponitur illud Ezechielis: Filia matris tuæ es tu. Chald. Ad similitudinem & opera. Quare in natura minime ambiguum, quod filia à matre: sed notatur conditio matris filie impreßa, quasi per imitationem à natura habita; & amulatio fiat speculo conditionis, quæ filia sanguinis. Plaut. in Epidic. Act. 5. scen. 2. v. 35. Ergo matris filia est. Tamen ero matris filia. Ibid. Act. 4. scen. 2. v. 15.

Ezechiel 41

Vix fieri, si sine vires in semine morum Et Iovis & Lede filia, casta potes.

Ovid;

Ovid. Epist. 15. v. 291. Sequuntur filie maternos mores, ut notat Aristotel. 3. Politicor. cap. 8. & 3. Istos. ad Theodect. Hinc Electra, dicenti matri adulteræ (apud Senec. in Agamem. v. 652.) Quis esse credat virginem? respondit audax: Gnatam tuam. Ambrosius de Virginib. lib. 3. Quid potuit filia de adultera matre discere, nisi damnatum pudoris. Iuvenal. Satyr. 6. v. 239.

Sequuntur filie maternos mores.

Scilicet expectas, ut tradat mater honestos; Atque alios mores, quam quas habet;

Iuvenal;

Idem Euripid. in Andromach. d. Quid si scalpat, ortum à gallina? Cavet de virginè, qui apud Terent. in Heautontim. Act. 2. scen. 2. à v. 3. dicit:

Terent;

Vereor, mulier me absente corrupta sit. Concurrunt multe opiniones: occasio, locus, etas, Mater (cuius sub imperio est) mala.

Hoc enim sensu cum mater Synagoga dicatur Cethira, de filia dicitur: Filia matris tuæ es tu: igitur sicut mater, ita & filia: ibid. v. 44. Clare clucet per mores filia matris: sicut soror gentium idololatrarum, quas æmulata es: unde infit: Et soror sororum tuarum. Manil. 2. Afron. cap. 16. v. 36.

Filia & soror pro similitudine morum utriusque.

Nec matre minoros Exciterint partus.

Daniel. 11. 17.

36 Restat discutiendum, quid sit Filia seminarum, ut legitur in Daniele. Nomen Matris & Filie usurpantur interdum pro causa & effectu, lato modo. Charitas & sapientia dicuntur matres pulchrae dilectionis & sanctæ spei. Eccli. 24. 24. Babylon mater fornicationum. Apocal. 17. 5. Frequenter utitur huiusmodi metaphora: quæ

pro;

Tom. VII. T. 401.

propter dicitur concha margaritæ mater, nox siderum, & scelerum, victis vini, &c. sicut fors dicitur filia Fortunæ, veritas temporis, pœnitentia erroris, pluvia nubis, lux Solis, Echo petra, fatuitas spei, sapientia memoriæ, cura pecuniæ, prima Aurora, quies mortis, vulnus pugne, certamina belli; & sic alia, quæ congerit Frider, Taubmann, in *Amphitruo*. Plaut. *Act.* 1. scen. 1. v. 274. Alienum non est à sacra pagina. *Mystica* filia dicitur carminis. *Eccles.* 12. 4. Tyrus filia maris. *Isai.* 23. 10. *Filia latronis*: Mich. 5. 1. *Filiam Dei alieni*: Malach. 2. 11. Patet in Hebr. Ion. 4. 10. ubi: *Hædera, quæ una nocte nata est, & sub una nocte perijt*: legit: *Filia noctis extitit, & filia noctis perijt*. Modò in Tautologiæ argumentum.

37 Haud periosus Tautologia est, est videatur stylus tautologicus, cum factus non aliter quam ex femina, ut vidimus tautologia principali. At aliquid singulare inuenitur, dum non dicitur filia femina, sed *filia feminarum*. Possumus sine violentia exponere de duabus matribus, naturali scilicet & nutrice; quia ab illa nata, & ab hac charè uti filia nutrita; ut præsalimus, *num.* 33. At ut perspicuus in expositio-nes fiat argumentum; sciendum est de qua in presentiarum sermo. Hæc filia Antiochi Magni, qui dicitur à Daniele Rex Aquilonis, inhiantis regno Ægypti, cui præerat Ptolomeus Epiphanes, dictus Rex Austri in eadem propheta. Ille cum viribus poti-ri voto nequiret, usus est arte, & dolo malo, pectore maligno, colore matrimonia si- mulato bello, pacta filia in pignus pacis, ut illa plus propenderet in molimina patris, quam in fidem pro marito: quod quidem omninò irritum factò connubio; quia illa, ut par erat, studuit plus mariti commodis, quam conamini patris. Appianus aliter cogitat, & male cogitat, quia cogitat aliter, quam Scriptura promittit. *Filiam femi- narum dabit ei, ut evertat illud: & non stabit, neque illius erit*. Ergo Appianus au- tumat, Antiochum bellum futurum suspicantem cum Romanis (maximè Annibale sibi accepto, Romanorum inimico, quem sub tutela susceperat) ut posset adiuari à fratre- ratis, vel ab illis non impediri, quam offendere Romanos. Unde, estò Epiphanes infensus illi esset, ei promittit in sponsam filiam suam Cleopatram, quam pœc Euclem Rhodium desponsavit, & post sex annos tradidit Ptolomeo. Briet. in *Chonic.* ann. V. C. 556. & 562. Quare sensus Appiani est: cum Antiochus Magnus prævidisset invasionem Romanorum; ne tunc læderetur à finitimis, vel præcederetur; conciliare studuit as- sinitibus: & cum alijs alias filias traderet, potentiori inimico Epiphani, Ægypti Regi, pulchriorem despondit. Hæc est, *filiam feminarum*, quasi inter feminas si- gularis venustatis, *feminarum omnium præstantissimam, & pulcherrimam filiarum*: ait Sanctius hic & in *Paraphras.*

38 Hic stylus novus apud AA. non est. Homer. 11. *Odyss.* v. 386. *Proserpina casta mulierum feminarum*: id est, feminarum pulchriorum. Hesiod. in *Theogon.* v. 590. & in *Scut. Hercul.* v. 4. & 10. *Ex illa (Pandora scilicet) est genus mulierum feminarum*. De Alcmena: *Mulierum genus ornabat feminarum pulchritudine*. Idem apud Hygin. *Fabul.* 263. Cum pulchritudo, forma, venustas & elegantia sit feminarum commendatio, dum filia feminarum dicitur; pulchrior inter pulcherrimas declaratur, quasi summa feminarum pulchritudo. Hinc Homer. 7. *Odyss.* v. 57. *Mulierum forma*, quasi desumpta ex cunctarum feminarum gratia, uti factum de Helena. Valer. *Maxim.* lib. 3. cap. 7. *num.* 3. & factum in imagine Iunonis Agrigentinx; ut refert Dionys. Lebeus, *Emblem.* 54. Non alienam à dialecto Hebraica: igitur Iudic. 5. 30. ubi. *Pulcherrima feminarum eligitur ei*: legit, *Una puella anepuelle*. Hoc est, ita pulchra, ut in illa inveniretur aliarum commendabilior gratia, species ac forma; cum collectas teneret cunctas singulares dotes, quibus alie venustate singulares. Vernaculè: *La quinta essencia de la hermosura*: quasi speciositas Cleopatræ à cunctis feminis decerperetur. Magna fruges apud Ethnicos huiusmodi acceptionis. Petron. *Critic.* pag. 41. *Omnium feminarum formosissima*. Halicarnas. lib. 11. *Antiq. Rom.* cap. 18. *L. Virgineus filiam habebat omnium Romanarum virginum formosissimam*. Plutarch. in *Flamin.* & *Scipion.* eadem utitur phrase.

39 Nomen *Filia* usurpatur pro femina: quare *Eccles.* 36. 23. dicitur: *Est filia melior filia*: id est, femina femina melior. Clarius, cap. 22. 4. ubi: *Filia prudens hereditas viro suo*: proprie filia ut filia, non est intelligendum; sed femina, quæ viro suo prudentia quasi hereditas pinguis. Hac in acceptione *Filia feminarum* signat fecundam feminarum, quasi pulchra præ cæteris. Hispan. *La hembra de las hembras, la pri.*

Acceptio- nis marris & filia.

Femina & filia pro pul- chra.

Filia pro fe- mina.

primera hermosura del mundo, la misma hermosura: ipsa Venus, pulchrior Helenæ; sicut de Spona dicitur quòd gratia formæ unica & singularis inter tot pulchras mulie- res: *Cantic.* 1. 8. & 6. à 8. egimus, *Tom.* 5. T. 3. An. 15. Homerus usquequaque. De Helena, 3. *Iliad.* v. 423. dicit: *Præstantissima mulierum*. 15. *Odyss.* v. 106. *Divina mulierum*: idem de Penelope, 16. *Odyss.* v. 414. 18. v. 207. & 301. 21. v. 42. & 63. De Heccuba, 22. *Iliad.* v. 48. *Regina mulierum*. Aristoph. in *Aves*, *Act.* 7. v. 70. *Reginam puellam mulierem*. Sumpta ergo *femina*, seu *filia* pro pulchritudine; sensus pleonasmus est: Dabitur Regi Ægypti à Rege Syriæ femina feminarum, speciosio- rem non solum inter sorores, aliorum Procuren sponfas, sed etiam inter omnes regni feminas: quare Alapid. in *Ierem.* 31. 22. *Eccc ego (inquit) creabo filiam & femi- nam feminarum, reginam celi & terra*. Hic modus loquendi æquivalet superlativo in materia cui iungitur geminatio. *Malarum malam*: ait Plaut. in *Casina*. *Act.* 3. scen. 5. v. 28. idest, pessimam. Sophocl. in *Aiac.* v. 378. *Sceleratum scelus exercitus Ulysses*: hoc est, sceleratissimum. Aristoph. d. *Act.* 5. v. 141. quia ex femina homo: *Dolosum dolo semper (ait) secundum omnem modum natus est homo*.

40 Aliter cogitare possumus, usurpatà filia pro virguncula, qua etate Cleopatra desponsa Ptolomeo. Tenellæ virgines haud separabantur à feminis ob periculum de- honestatis, si vagæ ad libitum procederent. Coilibet in custodiam adhærebat nutrix, ne subduceretur, vel seduceretur sexus facilitate, ac curiositate innatis; quæ quidem fre- quenter quæ lactaverat, quasi moderatrix iuventutis: à qua minimè in publico sepa- rabatur, non solum inupta, sed iam desponsa & copulata. Constat *Genes.* 24. 59. & ex Senec. in *Hippol.* & *Agamem.* Hinc huiusmodi conditionis virguncula filia dice- batur feminarum, quia haud sub alterius directione nisi nutricis, & tantum nota femi- nis: quo in sensu dicuntur *Agri ovium*, qui præ reverentia sequuntur matrem, uti videbimus, *num.* 47. Ob cautionem virginem comitabatur nutrix: quo intelligitur Siraides: *Melior est (pro non ita malum) iniquitas viri, quam mulier benefa- ciens*. Nihil fallor hic agitur de copula utriusque, quæ dicitur iniquitas, ut patet ex su- prioribus contextibus. Icecirò expositio germana est, inter incommoda incontinentiæ, minus in nequitia viri (non ex animo, sed ex effectu) quam in facilitate femine; quippe hæc feret in utero vexillum opprobrij, insigne dedecoris. *Nequando (dicitur ibid. v. 10.) polluat in virginitate sua, & in paternis suis gravata inveniatur*. Ne ergo hæc acciderent, virgines inter feminas servabantur: & quia sic incognita, filie dicebantur feminarum.

41 Ultra cogitata ac testimonijs abstracta subit animus (nescio an aptè, lector vi- derit) alia nova auctoritatis expositio: quæ quam consona luxuriæ illius ætatis, constat ex his quæ diximus, *Tom.* 6. T. 10. à n. 18. Exponerem *filiam feminarum*, spuriam, sine patre; haud quia non habuerit, sed quia non cognovit. *Æthiopes matrimonium pri- vatim nesciunt* (inquit Solinus, cap. 33.) *sed omnibus valdè in Venerem licet*. Inde est, quòd filios matres agnoscent tantum: nam paterni nominis nulla reverentia est. Haud aliter cogitari potest ex aulæ lascivix & usu gentium; ita ut Cleopatra dicitur *filia feminarum*, quas tantum agnoscebat, incognito patre, licet haberit. Ex viscero-ribus textus videtur haud violenta expositio: equidem non dicitur Regem Aquilonis datum filiam suam Austri Regi; sed *filiam feminarum dabit illi*, quippe dimittaxit agnoscebat matrem aut nutricem. Sub huiusmodi metaphora Synagogæ dicitur *filia matris tuæ estu. Mater tua Cæthæa*: hoc est, fornicatrix, uti nota; Sanctius hic n. 12. & *Isai.* 57. 3. *Filij auguratriæ: semen adulteri & fornicariæ*. Unde etiam per *filiam* noceat pulchritudo, dum additur *feminarum*, indicatur, quòd puella pulchra natu- rui danda, quasi furtivè concepta; cuius patre ignoto, tantum nocebat mater. Sic ubi, *Pulcherrimarum*. Iudic. loc. cit. Maluend. vertit: *Meretricem seu concubinam*. Hebr. *Matrix-dua matrices*. Quare sicut filius terræ dicitur, qui sine patre cognito, ut observat Cicer. 1. ad *Attic. Epist.* 13. sic pro sexus varietate, quæ sine patre, *filia* dicitur *feminarum*. Olim qui concepti per incubos, vel immediate per homines, sed furtivè; filij Iovis, Appollinis & aliorum Numinum dicebantur ut vidimus n. 10. Hi proscòdo sensu eodem dici quibant filij feminarum; igitur ignoti patres, quorum erant filij. Aliter dicit *filij fortuna*. Horat. 2. *Satyr.* 6. v. 49.

Luxerat in campo fortune Filius.

42 Alia nobis provincia illustranda de sensu vocum *Fratriæ & Sororiæ*, ex qui- bus confici videntur Tautologiæ apud Ezechielæ: *Frateres tui, frateres tui. Soror so-* *Tom. VII. I aut.*

Alap. Casus pra- trini pro so- perlativo.

Filia femi- narum pro virguncula.

Plalm. 113. 4. Eccle. 42. 14. Comparati- vum pro posi- tivo.

Solinus

Filia femi- narum pro spuria.

Ezech. ubi sup.

Quid filij fortunæ?

Horat. Ezech. 11. 15. & 16. 41.

Acceptio-
nes Frater

rorum tuarum es tu. Frater latissime sumitur: fratres dicuntur qui ab uno principio ut omneshomines fratres, quia ab Adam omnes. Act. 17. 26. & quia à Deo, dicit Assertor N. discipulis, Omnes vos fratres estis: unus est enim pater vester qui in caelis est. Matth. 23. à 8. Ex uno omnes. Hebr. 2. 11. quia de causa pro proximo sumitur Frater & Soror: Iacob. 2. 15. Quadrupliciter invenitur in Scriptura vox Frater, uti observat Hieronymus. Contr. Helvid. natura scilicet, gente, cognatione, & affectu: addo, etiam Religione. Naturà, qui ex eisdem parentibus nati sunt, ut Cain & Abel, Iacob & Esau. Fratres, quos mihi eadem peperit mater. Homer. 19. Iliad. v. 292. Gente, ut qui ab eadem stirpe. Optabam ego ipse anathema esse à Cbriso pro fratribus meis. Rom. 9. 3. quod saepe iteratur, Deuter. 15. & 22. Fratres obscena de matre dedit.

Naturà.
Gente.

Cognatione.

Lucan. 10. v. 77. Cognatione, ab eadem familia. Abrahamus dixit Lot: Fratres enim sumus. Classes exprimentur, Levit. 25. 48. uti etiam dicitur de fratribus Domini, ut videbimus, num. 45. Iacob dicitur frater Laban, Genes. 29. 12. 15. observat August. 16. Civit. cap. 19. Terent. in Phorm. Act. 5. scen. 4. v. 1. Latus sum, fratri obtigisse quod vult. Ubi Barlandus subdit: Fratrem vocat filium patris. Apud Hebraeos fratres nominabantur, non quibus communes essent parentes, sed quibus stirps ac genus esset commune. Ita enim huiusmodi usus inolevit ut filij dicerentur fratres: quo exponitur illud de Hmaele: Coram fratribus suis obiit: idest, filijs: ait Hieronymus in Traditione. Idem de filijs Laban, cap. 31. 22. Affectu, vel amicitia, Doleo super te frater mihi Ionatha. 2. Reg. 1. 26. Ego sum frater tuus. Esth. 15. 12. idest, amicus vel sponsus, ut Cant. 8. 1. Gen. 29. 4. Fratres unde essistis Sic Ambrosius in illud Cantic. 5. 10. Dilectus meus candidus & rubicundus: legit Commentar. in Psalm. 118. octonar. 5. Fratrum meus, in voce proferens dilectionem. Homer. 21. Odyss. v. 217. Sociique fratresque critis. Euripid. in Tauric. v. 498. Amicitia sumus, nonnati fratres. Denique religione, ut illud Psalm. 21. 23. Narrabo nomen tuum fratribus meis: & 132. 1. Habitare fratres in unum. Matth. 12. 48. Que est mater mea, & qui sunt fratres mei? Alexander Magnus apud Curtium 6. Histor. cap. 9. dixit milicibus: Sine liberis sum: in vobis liberos, parentes, consanguineos habeo. Idem profert Xenophon de Clearcho lib. 1. Vos amicos, vos socios, vos fratres duco.

Genes. 25.
18.

Affectu &
amice.

Ambros.

Religione.

43 Etiam usurpatur metaphorice pro similitudine, & paritate in rebus, vel rerum conditione, de quo egimus, Tom. 3. T. 13. n. 10. Ubi ergo dicitur Ezechiel: Fratres tui, fratres tui: intelligendum est, tibi similes pro statu captivitatis, ut subditur distributio consanguinitatis & generis. Sensus ergo periodi: Fratres tui, idest, propinqui eiusdem sanguinis: & fratres tui, eiusdem gentis, & omnis domus Israël, universi, &c. congregabo vos, & dabo vobis humum Israël. Fratres dicuntur, qui conveniunt in moribus, in statu, in forma & specie corporis. Frater est dissipantis. Proverb. 18. 9. Idest, similis. Frater sui draconum: Job, 30. 29. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. Eccli. 34. 27. Hoc est, quam simillimi. Percussit Adebdatas fratrem Goliath: 1. Paralip. 20. 5. nigrum gigantem similem Goliath: quo etiam sensu Iuvenal. Satyr. 4. v. 98. Habim fratreculus esse gigantis. Christus de Baptista dicit: Ipse est Elias, qui venturus est: Matth. 11. 14. Si venturus est, non ipse: diciturque ipse, qui venturus: quippe venturo similis, procedens in spiritu & virtute Elia. Talis dicitur, qualis cuius imitator mores. Hinc Ioannes Epist. 2. dicit v. 7. Hic est seductor & anticbristus: Similis sane antichristo, in quo huius seductoris malignitatis expressio. Virgil. 9. Eneid. vers. 741.

Ubi supr.
Statu, & ba
bitudine cor
poris.

Matth. 11.
14.

Talis quis
que dicitur,
qualis est,
cuius mores
imitatur.

Virgil.

Solin.

Claud.

Ac ceptiones
vobis Soror.

— Si qua animo virtus,
Hic etiam inventum Priamo narrabis Achillem.
Equalitate virtutis, sibi viti fortis, qui Turous, Achillis imposuit nomen. Ita similitudine nomen fratris usurpatum. Idem lib. 6. v. 278. accinit: Consanguineus Lethi soror. Homer. 14. Iliad. v. 231. Somno occurrit fratri mortis. Martial. lib. 10. Epigram. 65. Dissimilis, cur frater tibi dicor? Solin. cap. 28. Mauritania Tingitana (inquit) exurgit montibus septem, qui à similitudine fratres appellati. Ingeniosè Plaut. in Amphitr. Act. 1. scen. 1. v. 290. Nihil hoc simili est similis. Comprehen- dit utrumque Claudian. de Nuptijs Honorij & Maria. à v. 72.

Mille pbaretrati ludunt in margine fratres,
Ore pares, ævo similes, gens mollis amorum.
44 Vox Soror in usu est fere earundem acceptio- num. Ex matre sola, soror dicitur uterina: si ab utroque parente germana soror. Cicero, pro Milon. Plaut. in Milit. Act.

Act. 2. scen. 4. v. 3. in Captiv. 5. 4. v. 18. in Menach. 2. 1. v. 7. & 5. 9. v. 23. denique in Truculent. 2. 4. v. 84. Sorori quid germana non credit soror: Proponia & coniuge Soror saepe in sacris Canticis, cap. 4. 9. & 10. Soror mea Sponsa. Tob. 8. 9. Accipio sororem meam coningem. Sororem pro dilecta, unde Salomon, Proverb. 7. 4. Sapientiam vocat sororem suam. Senec. in Hercul. fur. v. 1. Soror Tonantis pro coniuge. Idem in Hippolyt. v. 608. de Phedra provocante privignam dicit: Me sororem voca. Sororis nomen amatorium est, ut notat hic Delf. Maluend. in loc. cit. Cantic. & Iustus Lipsius 2. Var. lect. cap. 1. Tibull. lib. 3. Eleg. 1. v. 26. Sive sibi coniux, sive futura soror. Petron. Satyr. fol. 71. Concilio sibi iuvenis sororem. Vide Ovid. 10. Metam. fabul. 9. & Passerat. in Propert. 2. Eleg. 9. v. 33. Etiam sumitur pro similitudine, seu adæquatione in rebus, ac specie rerum, quo sensu Synagoge dicitur: Soror sororum tuarum es tu. Nihil discretum. Ita Samaria & Ierusalem ibid. vocantur sorores, quia infideles convenerant in simulacrorum cultu: v. 46. & 48. Huiusmodi tropo utuntur usquequaque profani. Palme sorores: Plin. lib. 13. cap. 4. Musæ sorores. Propert. 2. Eleg. 30. v. 27. Parca. Plaut. in Milit. Act. 2. scen. 2. v. 10. Nympha. Virg. 2. Georg. v. 494. Sorores Iodices, Martial. 14. Epigram. 148. Mammae sorores, papilla & oculorum pupille, Taubm. in Plaut. Pseudol. Act. 1. scen. 1. v. 66. & in Pannul. Act. 1. scen. 3. ubi v. 8. festivè profert:

Hanc per dextram, perque hanc sororem levam.
Vid. Tertullian. Apolog. cap. 12. & de Anima, cap. 13. Lactantium lib. 5. cap. 16. Quare Muretus ait:

Interdum fesse succedit lava sorori.
Haud fugit stylum Hebraicum idioma. Corsina sibi iungentur mutuo: legit, Ma-
lier ad sororem suam. Ezechiel. 1. 9. Iunctaque erant pennæ eorum alterius ad alterum: Hebr. & Maluend. Vira ad sororem suam. Alia testimonia videlicet, Tom. 3. T. 10. n. 10.

45 Utrumque comprehendentes, exponemus proclivè, quid sint fratres Domini, & eius ac matris sorores, quod ex sacris constat: & evidenter vel cæco videnda expositio ex sacris. Prisci ac non infimi sublellij DD. ut sorores sint Virgini, ad tria matrimonia D. Annæ recurrunt, afferentes singulas fœminas genuisse ex singulari viris: quarum filij fratres Domini dicuntur in Evangelio. Iacobum fratrem Domini. Galat. 1. 10. Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas: & Sorores eius nonne omnes apud nos sunt? Matth. 13. 55. & Marc. 6. 3. Unde ergo sorores Salvatoris? Ex Virgine matre? Abit: obstruatur os loquentium iniqua. Eodem sensu quo Christi dicuntur fratres, & sorores, sunt sorores Virginis, sine matris triplicato matrimonio. Diximus inter Hebræos cognatos vocari fratres & sorores, sique vocati utriusque consobrini seu patruales. Unde sorores & fratres Virginis & eius filij, qui cognati ex filijs aut filiabus sororum Ioachim vel Annæ, parentum Virginis, vel ex fratre Iosephi, illius sponsi. Cleophas vocatur frater Iosephi ab Eusebio lib. 3. cap. 11. Hieronymus in loc. cit. Matth. Augustin. Contr. Faust. cap. 35. & Epiphani. Hæres. 66. Sicut leviri dicebant fratres, ita uxores illorum dicebantur sorores. Hoc sensu dicitur à Ioanne: Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleopha: & ibid. cap. 2. 12. Descendit Capbarnaum ipse & mater eius & fratres eius: simulque intelliguntur testimonia allata ex Mattheo & Marco. Baronijs, & Theophil. Raynaud. Dyptic. Marian. p. 1. punct. 2. n. 10. sorores Mariæ signant eius consobrinas: quo liquet in quæstione tanti momenti catholica, orthodoxa conclusio, atque genuina expositio. Si latius argumentum quæstionis cura est, videndi Vega Theolog. Marian. Palest. 10. certam. 4. Caffro de Vit. Deipar. cap. 18. & 3. n. 16. Canis. lib. 1. cap. 4. Alapid. in Matth. loc. cit. & Luc. 3. 23. Canus, 11. de Loc. Theolog. cap. 5. ex Scholasticis, Medina in 3. p. D. Thom. quaest. 38. art. 3. & Suarius ibid. Disput. 5. sect. 4.

46 Huiusmodi consuetudo à principio gentis inolevit: unde intelligitur illud Abrahæ de uxore Sara coram Abimelech: Soror mea est: quod amplius astrictur v. 5. Ipse dixit mihi, Soror mea est: & ipsa ait, Frater meus est. Sara dumtaxat erat cognata mariti, non soror, quippe filia Aram, fratris Abrahæ: qua de causa Lot fratrem Saræ & suum nepotem fratrem dicit, cap. 13. 8. More gentis appellat nepotem sororem, & nepotem fratrem. Thare filium habuit Abraham, & etiam Aram fed ex alia uxore, quæ genuit Aram, ex quo Sara & Lot nepotes Thare, & patruales Abrahæ:

Pro uxore.

Pro dilecta.

Pro simili.
Ezech. 16.
45.

Plaut.

Muretu.

Matth. 13.
55.

Qui sint fra-
tres & soro-
res Christi,
eiusque ma-
tris virgi-
nis.

Ioan. 19.
25.

Genes. 29.
2.

& cum in Chaldaea & Mesopotamia moris esset, consanguineos vocare fratres, & cognatas sorores; Abraham Saram neptem patris sui Thare, sororem propriam Lot, filiam fratris sui Aram, coram Abimelech forem nominavit. Ita Bonfret. Alapid. & Leonard. Marius, quos sequitur Hays hic, Chrysolom. Homil. 45. in Genes. cogitat, omnes qui sub familia Thare, hunc patrem vocasse; et si horum esset genitor, aliorum avus: unde inter se cuncti fratres & sorores. Ex rigore littere videtur Caietano & alijs Saram forem fuisse Abraham, licet non uterinam, scilicet ex eodem patre, sed matre altera, quia Thare duas uxores habuit, ex quarum una Abraham, ex altera Sara: quod quidem ipse indicat v. 12. subdens: *Verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meae.* Urget textus, quem in eodem sensu exponit Hieronymus, in *Tradit. Hebr.* (etsi oppositum post dixerit *Contra Helvid.*) *In excusationem eius dicitur (subdit) tales nuptias necdum illo tempore esse lege prohibitas: postea lege inhibitas, constat Levit. 20. 17.* Imò post lege lata interdum permittas, videtur ex verbis Thamar fratri suo Amnon ex alia matre. *Noli opprimere me, quin potius loquere ad Regem & non negabit me tibi.* 2. Reg. 13. à 12. Quid dicam nescio, etsi plura excogitet Peter. lib. 16. in *Genes. disput.* 14. à n. 205. Iuxta dicta num. 26. dicam, filiam dici Saram ab Abrahamo, patris sui, cum esset filia fratris; quia pater Abraham, erat pater cuius erat Sara filia. Astruximus ibi varijs testimonijs, quæ videris, & D. Thom. 2. 2. *quæst.* 110. art. 3. ad 3. Iure claret: leg. 10. de *Senatorib.* leg. 10. §. *Liberos*, D. de *Verb. os. significat.* ubi traditur, liberorum appellatione, omnes descendentes contineri, ut parentum nomine omnes superiores. Papirius Fronto lib. 3. *Responso.* ait: *Filij appellatione etiam aliquando nepotes accipi.*

An soror
Abraha Sa-
ra conium?

Verf. 12.

Hieronym

Levit. 4. 23

Isa. 10. 1

Hirci laest.
ten.

Ovid.

Quid hostij
Majores &
Minores

Riber.

Juvenal.

Flor. Græc.

47 In complementum Tautologiae, aliae affines exponendæ. Sæpe in sacra pagina legitur *Hircum de capris*: Levit. 4. 23. *Judic.* 13. 15. 1. *Reg.* 16. 20. 1. *Esd.* 6. 7. *Vaccam boum*, *Isa.* 7. 21. *In tauro de bobus*, 2. *Paralip.* 13. 9. *Agni ovium*, *Psalm.* 113. 6. *Arietes ovium*, *Ibid.* 64. 14. 1. *Eldr.* 10. 19. Signaturque caula eadem circumlocutione, dum dicitur, *Ovile ovium*. AA. Hebraismus accipiunt pro significatione rerum, quæ vox Filius adiungitur, ut filij arietum pro arietibus, uti astruximus, num. 31. Ridiculum arbitror, dum additur *Caprarum* ad hircum, signanter apponi; quia in aptibus regionibus hircos & non capras ubera ferre, quasi lac illorum & non earum aptius ad nutrimentum propter pinguedinem & substantiam virtutem. Astruit pluribus exemplis Reyes-Franco in *Elys.* *quæst.* 47. à n. 10. innotique La-Zerda in 3. *Eclog.* Virgilij, num. 8. cum Poëta, v. 91. in significationem operæ inanis, accinat: *Mulgeat hircos.* His idiotismis, idiomatis Hebraici proprijs dialecticis, notatur *esca*, seu in sacrificio victima tenera; uti promit Paltas Regius *Psalm.* 68. 32. *Placebit Deo super vitulum novellum, cornua producentem & unguis*: idest, *sub ubere matris*. Levit. 22. 27. & nos observavimus *Tom.* 5. *T.* 4. num. 23. Menoch. in Levit. 4. 23: ubi, *Hircum de capris*: vertit, *Novellum, adhuc matrem sequentem*. Ovid. 10. *Metam.* fab. 6.

Maestatos crederet illis
Laestentes vitulos.

Veniet pinguisimus agro
Hædulus, & toto grege mollior, in scius herbe,
Necdum ausus virgas humilis mordere salicis.

Qua de causa lætentes dicebantur inter Ethnicos *Minores hostia*, & *Majores* quæ ex adultis animalibus. Stuck. de *Sacrific. Gentil.* cap. 281. In *Babylonis templo extra facellum altare est, & ipsum aureum* (ait Herodot. lib. 1. cap. 29.) atque præter hoc aliud altare ingens, in quo integræ atatis hostiæ immolantur: quandoquidem super aureum illud non licet hostias mactare præterquam lætentes. Riber. in *Zachar.* 9. n. 37. & de *Templ.* lib. 4. cap. 6. subdit: *Peccata principis minori hostiâ expiantur, idest, hircis: non autem hircis simpliciter, sed hircis ex capris, sive (ut est in Hebr.) hircis caprarum: idest, novo & tenero.* Parvus, lacte nutritus, tener est: illoque tempore delicatus cibus, ut patet *Genes.* 27. 9. & ex *Juvenal. Satyr.* 11. v. 67.

48 Econtâ ubi hoc animal ætatis integræ non dicitur hædus, sed *Caper*, ut sæpe in Biblijs. Apud Profanos *Vir gregis ipse caper*. Virgil. 7. *Eclog.* vers. 7. *Manil.* lib. 5. *Afron.* v. 32. *Martial.* lib. 3. *Epigram.* 93. & in *Florileg. Græc. Epigram.* lib. 2. 70.

Vir tibi caprarum struam mox stabit ad Aram.

Quare

Quare ut discrimen constet, Virgil. d. v. 9. inquit: *Caper tibi saluus & hædi.* Aptius lib. 9. *Aeneid.* à v. 627.

Et statuant ante aras aurata fronte iuvenum,
Candentem, pariterque caput cum matre ferentem,
Iam cornu potat, & pedibus qui spargat arenam.

Virgil.

Periphrasi eleganti Iuvenal. *Satyr.* 12. v. 8. fuccini:

Quippe ferax vitulus templis maturus & ara,
Spargendusque mero, quem iam pudet ubera matris.

Juvenal.

Hinc elucet *hircum caprarum* & *agnos ovium* sumi debere pro novellis hircis & agnis, qui necdum nisi filij manus habuere. *Zachar.* 9. 9. *Super pullum filium asinae*: hoc est, necdum assuetum oneri; uti dicitur *Mare.* 11. 2. *Pullum filium asinae*. Riber. 37. *Pullus asina non patrem sequitur, sed matrem*: propterea ubi nos habemus, *Filium asinae*, *Hebr.* *Super pullum filium asinarum*. Septuag. *Super pullum novum*. *Hom.* 20. *Iliad.* v. 220. *Equa pullis exaltantes teneris*. In Scriptura gregi vel matri tribuitur quod tenerum & novellum est. Quare quia juvenis, auidax Alexander Magnus debellavit Regem Persarum, à Daniele dicitur *Hircus caprarum*: cap. 8. 5. His igitur facile percipiuntur reliqui modi dicendi, qui primo aspectu videntur tautologici, uti *Hædus de grege, vitulus de armento*: *Ezechiel.* 43. 19. *Hebr.* *Vitulus filius vacca*: idest, quem adhuc vacca lactat. Virgil. 1. *Eclog.* v. 23. *Sic matribus hædos*. Quod novum in qualibet specie, dicitur filius vel pullus. *Filij corvorum*. *Hebr.* *Prov.* 30. 17. *Pullus birundinis*: *Isa.* 38. 4. *Hinnulus cervorum*: *Cant.* 8. 14. *Catulus leonis*: *Genes.* 49. 9. Alia phrasi Virgil. 12. *Aeneid.* v. 170. *Intonsamque videntem*: idest, teneram, non altitaneam ut notat Servius hic, & *Horat.* 4. *Carm.* Od. 2. à v. 53.

Te decem tauri, totidemque vacca:
Me tener solvet vitulus, relicta
Matre qui largis iuvenescit herbis
In mea vota.

Horat.

49 Alij hunc modum loquendi sumunt pro victimis electis ex armento. Stuck. d. cap. 117. Unde si præ teneritudine agni dicuntur *ovium*: pro selectis in victimam, *arietes ovium* appellantur: *Vacca boum, Taurus de bobus*, & alia de quibus num. 47. Oleaster accipit pro pecude macula in Levit. 16. 3. *Cum vitulo filio bovis*, legitur, *Vitulum pro peccato*. *Perf.* *ibid.* cap. 4. 23. *Hircum caprarum*, idest, *masculum, masculum perfectum*. Sed magis placet, accipere pro teneritudine victimæ: quod præter dicta astruitur ex *Sophocl.* in *OEidip.* in *Colon.* v. 486. *Ovis iuvenis, nuper nata*. Virgil. 10. *Aeneid.* v. 725. *Surgentem in cornua cervum*. Pro qualitate gregis, illius dicitur *ratio*, ut equile de equis, bobile de bobus, caprile de capris, & hara de fuis. Hinc dum de ovibus fit sermo, signatur *Ovile ovium*: idest, caula, non catubulum, aut stabulum; quia non grex camelorum, equorum porcorum, &c. sed *ovile*, locus septus & munitus, intra quem oves servantur, oclusaque ostia lupos teneris ad *ovilibus arcent*: ut canit *Petrarcha*, & *Apollon.* *Rhod.* 4. *Argonaut.* v. 674. *Oves ex ovilibus. Ovile*, quod vernaculè *Aprisco*, quia locus apricus necessarius, ne debilis ovium conditio fatiscat. *Tepidis in ovilibus agni*. Ovid. 13. *Metam.* fab. 8. Vel quo servari possint à bellis, quæ armis carent.

Cupidusque cruoris,
Incusosiditum captat ovile lupus.

Ovid.

Idem 1. *Trist.* Eleg. 5. v. 9. equidem pastor, qui huiusmodi gregem subditi permiserit pernoctare, ut idem 3. de *Ant.* v. 8. canit: *Rapide tradet ovile lupæ*. Si mavis, dic *Ovile capris & ovibus* esse commune. Unde postquam dixit præfatus *Vates*; *Ovilibus Agni*: addit:

Sant quoque par ætas alijs in ovilibus hædi.

Idem.

Christus ergo ut signet ab illo hædos non nutriti, sed repelli; foverique solum, qui ad instar ovium sunt humiles corde; non dicit caprarum, sed *ovile ovium*.

Verfion.

50 Versiones testificantur quæ à nobis dicta. *Homo natus de muliere*. *Hebr.* *Adam genitus ab Ifa*: sumptis appellativè *Mulier & homo*. *Sanct.* *Fragili infelici radice*. *Pined.* *A seminario peccati*. *Gregor.* *Magn.* *Natus ex infirmitate*. *Maluend.* *Natus Vira*: quod inficiatur Plato, dubitans utro in genere ponat mulierem, rationalium animalium, an brutorum? Vid. *Tiraquell.* 1. de *Leg. connubial.* n. 69. & *Alapid.* in *Eccli.* 26. 14. ex *Aristotele* astutus quibat: etenim de huiusmodi argumento interrogatus, respondisse

An mulier
rationalis.

fer.

Aristo- tel.

fertur, ut refert Taubmann. d. A serois admissa Iovem totam; à feminis dimidiam mentem. Misera est, ut dixi alibi ex Catone, sine illis nec posse vivere, nec cum illis. De muliere nascitur homo: transcamus ad Didascalias, ut cognoscantur qui ex Deo nati sunt.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

- 1. Homo natus de muliere. Quis non? Quiqui ex Deo feliciter nati sunt. Non sit sermo de necessitate, sed de electione; quia in esse morali iuxta affectus sunt natura. In novam originem vocati sunt perfectione religiosi: modo imperfecti, dicantur filij mulieris, qui iure debent esse filij religionis.
- 2. Homo natus de muliere. Lividus sanè non homo, quippe natus in inferno.
- 3. Homo natus de muliere; ut rationalitas constet ex observantia legis, atque sequela rationis: igitur cuius vita continuata flagitio, natus ex diabolo. Homo natus de muliere. Elucet cunctarum hominis calamitatum origo; & quibus perspicuus cognoscitur, quid sit homo.
- 5. Homo natus de muliere. Exponitur natura, ut demonstretur gratia: igitur huius celestis generatione, homo qui

- natus; quasi natus non esset de muliere.
- 6. Homo natus de muliere. Dum designatur necessarium suppositum; in partu prenotatur aliquod novum prodigium, cum novum natura nullo modo sit opus, quod homo ex muliere natus; diciturque meditanter, Homo natus de muliere; quoniam futurus in mundo, qui nasceretur ex virgine.
- 7. Homo natus de muliere, repletur & multis à conceptione miseris: Virgo sanè singularis vel à primo momento conceptionis: igitur in miseris humana conditionis non concepta, licet ex muliere nato.
- 8. Homo natus filius de muliere. Minime vox plebsana, erga protectionem hominis à matre-Virgine: etenim meditanter dicitur, Filius natus de muliere; quia à Virgine homo cognoscitur filius, licet ex illa non natus.

DIDASCALIA PRIMA.

Multi ad perfectionem in religione vocari, caterum pauci in religione perfecti.

Vita Deo dicati, à perfectione.

HAUD alia, quantum augeatur, causa, quam quia sui & ipsi, qui debent negare se. In esse morali, iuxta affectus sunt natura: etenim cum tunc sint, si ipsi non sint, quod naturæ constituentis perfectæ oblivione fit; constat cuius sint, vel non sint entitatis, per ipsam entitatem perfectionis: non sunt enim in re, modo perfecti non sint; quippequam totum illorum esse non sumendum à natura, sed tantum à perfectione. Hæc forma nobiscum minime nata, sed quaerenda; ut in nobis ipsis Deo nascamur, alijs à natura moribus, qui nobis nati miseriarum de mulieribus. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Ioann. 3. 6. Non enim qui spiritu ducti, nascuntur ex perfectione; si nati tunc cognoscuntur ex carne: quandoquidem si vocatio statum indicat, & professio perfectionem ex vocatione demonstrat; ex spiritu non ex

carne est constitutio, in illis qui ex carne ad spiritum vocatio: siquidem non ex perfectione status sunt insignes; sed dumtaxat eminentes per statum perfectionis. Tunc enim Sion dicit: Homo & homo natus. Est alter ipse, quippe ipse alter. Homo sibi ex carne: alter homo quia non fuit. Homo ipse ex muliere fit: alter, quippe alius à se, electione sublimi, licet factus ex carne: igitur gratia Dei singulariter constat; ubi dicit spiritus, quantus homo ex carne factus.

2. Innuat Stoicus. Ipsis me Dijs redam; sed gravi terreneque detineor. In alium naturæ sumimus partum. Alia origo nos expectat, alius rerum status: nondum celum. Ita Epist. 102. Quia necdum celum, servamur in alium partum, ut ex homine fiat homo, & in carne non sit caro: etenim si terrenis detineamur, victis terrenis, alterius sumus originis: & homo ex homine parta perfectione fit, quippe

Psal. 36.

5.

Senec.

Magnus quia non sui.

Idem.

Quicquid in nobis

Mortale fuerat, ignis iniectus tulit:

Idem in Hercol. OEtad. v. 1963. Ignem Salyator venit mittere in terram: cor ut absumeretur quod mortale, avidè concepit flammam: & aliam eiusdem homo spectavit originem, quia sese invenit interiori hominem. Formavit Deus hominem, & factus est homo. E limo terræ fecit, pòst vitæ spiraculum tribuit. En spiritus & caro. En homo & homo. Aliam habuit originem ex origine, qui iam habebat ex limo terræ: & homo ex homine constituitur, dum spiritu supposita formatione formatur & informatur; quoniam ad hominis veram vitam & formam, caro constitutionis non prodest quicquam.

3. Ruptis vinculis terrenis; ut renovemur spiritus, vocati sumus in formam Religionis. Ita filij Dei, qui ex muliere nati sunt. Non sufficit ingressus sine perfectione spiritus; quippe per bona opera certam vocationem facimus. Quia nati ex muliere, admittitur in perfectionem vocatio, & dimittitur in vocatione perfectio. Revertitur in quod relinquimus, amplectimur quod fugimus. Quid ergo erit nobis? In hominibus fructus terremus carnis, novâ explosâ filiatione, ex spiritu in perfectionem vocatione illuminante: equidem degeneres patent filij mulieris, qui vocatione debebant esse filij religionis. Homo natus de muliere: dicit nostra Tautologia. Quis non? Quiqui ex Deo feliciter nati sunt. Nascuntur ex Deo, qui permanent in vocatione, qua vocati: qui nunquam in eodem statu permanent, nascuntur ex muliere: non sunt homines ex hominibus, sed tantum homines: igitur ad statum perfectionis religione vocati, resistent non permanent in vocatione perfecti.

Monachus perfectus est religionis filius.

Iob. 14.

1.

Euripid.

Alia post alia & diversa, Et bona & mala, & longo tempore.

Ut ait Euripides in Oreste, v. 978. Lunatici sunt: sæpe cadunt in ignem, & crebro in aquam, iurant in stultitiam: igitur stultus sicut Luna mutatur, dum ex lucis plenitudine in vacuitatem avertitur.

S. Bened.

4. Quis vos fascinavit insensati? Dicit spiritus SS. Benedicti. Sunt in Religionis claustris, & simul extra religionem, servantes seculo fidem. Ita Regul. Sancti. cap. 1. Quia sæculi cognoverunt fidem Tom. VII. Taut.

fluxam, eius fugacem sprevere gloriam: Fides falsa est simulata perfidia, qua cor magis illecebris allicitur, dum fides frangitur: igitur promittit navigendus felicitatem, & felicitatis velo subministrat vastum sellem. Ridet, ut capter, & captos irridet. Hac fide coniugar sibi decipulis voluptatum, quos pellicit illarum coloribus in infernum. Infatuat, ne respiciant; amatores sæculi dicti, eò quod vel doloribus nolunt stultitiæ poenitere: & cum suos uti dedititios habeat, non ut pridem mulcet, sed cruciaminibus vexat; quibus Deus sæpe cæcos in meliorem frugem vocat. Assentiuntur, quippequam circumventionem cognoscunt: & abnegantes impietatem & sæcularia desideria, pancti perfidia, vocati ingrediuntur in claustra; ut pellundato mundo, sobrie & iuste & pie possint vivere in hoc sæculo. Studium est virtutis, & virtutibus usque ad culmina virtutis, dum perseverat sæculi fallacis memoria, atque vocationis in meditatam perfectionem flamma. Friget tempore, inutili delectat conversatione: iam mundus non ita ingratus, qui nonnumquam molestissimus. Odio amat, quoniam aversum delectat, contemplat delectabili specie, nequaquam solita fraude. Anceps patet animus, in immedicabile vulnus.

Odi, nec possum cupiens non esse, quod odi: Nam desunt vires ad me mihi, iusque regendam.

Fides ad speciem rescissa, revalescit: iterum dolo cognito subseribit: & admittant degeneres insidiantis aperte supplantationem; quoniam in perfectionis statu servarunt seculo fidem. Qui huiusmodi memoriam secum tollit, dum ingreditur, recedit: igitur nocent in via virtutis, relicto sæculo, reliquit cogitatione. Ut agant festa, persistere debet dumtaxat vocationis memoria. Hæc format in veris Monachis imaginem venerandæ virtutis, sine sæculi fide, nec illius ulla cogitatione: igitur si fides abiecta corda Monachorum pungit imaginem ipsorum ad nihilum redigit.

5. Utinam permansissent in seculo, servirentque aperte mundo! At in sepius sunt scandalo. Pende verba Benedicti. In plumbi natura molliti, adbus operibus servantes seculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur. In plumbi natura, ad quaslibet imagines apta, sicut illorum corda; modo malum averfa, & modo in malum conversa, duplicem habentia aspectum secundum commodum: nihil mirum, si

Fides servata seculo destruit virtutis in claustra.

Ovid. 1. Amor. Eleg. 4. à v. 5.

S. Bened.